



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catechesis Pverilis

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1543

VD16 M 2628

Quomodo placet imperfecta obedientia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-33561

minatim illa opera postulari, quæ in decalogo
præcepta sunt. **E**t si enim non est posita lex ius-
tis, quod ad accusandum attinet, tamen est ei
posita, quatenus docet eum, & requirit obe-
dientiam, iuxta illud, **O**mnis scriptura diuini-
tus inspirata, utilis est ad docendum, arguen-
dum etc.

Quomodo placet im perfecta obedientia?

Necessaria est obedientia, & tamen sci-
endum est, cum procul abesse à perfe-
ctione, nec satis facere legi Dei, & ad-
huc hærere in nobis reliquias peccati. **Q**uare
persona non est iusta, id est, accepta coram
Deo propter propriam mundiciem, iuxta il-
lud, **N**on iustificabitur in conspectu tuo omnis
uiuens. **P**lacet autem persona fide per miseri-
cordiam propter Christum, ut supra dictum
est. **D**einde placet & inchoata obedientia,
quia sumus facti filii, & credimus propter
Christum condonari nobis indignitatem no-
stram. **V**trumque igitur sciri necesse est, ut fi-
ducia propriæ iustitiae, & desperatio animis
eximantur. **N**am agnitus infirmitatis nostræ
humiliat nos, incutit terrores, & exuscitat pœ-

I 3 niten-

XII DE BONIS OPERIB.

nitentiam. Rursus autem ingens consolatio est, quod pri in tanta infirmitate tamen norunt certo statuendum esse, quod placeat Deo propter Christum. Deinde quod Deo etiam haec inquitata & imperfecta obedientia placeat, quia sumus inserti Christo, sicut Paulus inquit, Nulla nunc damnatio est his, qui in Christo Iesu ambulant. Tanta magnitudo misericordiae maxime accendere nos debet ad bene operandum, et ad sustinendas aerumnas omnis generis, quia discimus ex Evangelio, quomodo placeat in tanta infirmitate obedientia nostra.

C AVSSAE HORTANTES ad bene operandum.

Necessitas, que triplex est. **Prima**, quia Deus mandauit ut obediamus. **Secunda** quia non potest existere fides in ipso, qui non agunt poenitentiam, sed laxant frenum cupiditatibus. **Tertia**, quia fides extinguitur, si non exerceatur in invocatione, afflictionibus, & bonis operibus. Semper enim operibus debet praetire fides, ut cogitet mens se uelle obediere Deo, & hoc opus placere Deo propter Christum, & roget ut regatur a Deo. Sic David in sua uocatione constituit se uelle obedire Deo, & sentit illa opera uocationis Deo placere,